



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio XIV. An denunciations fæminarum tum magis fidem faciant,
quando non adsunt testimonia virorum in contrarium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

lib. 3. q. 51. numer. 38. & multos citans Binsfeld. d. concil. 6. in fin. & Farinac. d. nu. 26. summa namque fragilitas & levitas est huius sexus, iuxta illud, quod Ciceroni tribuitur:

Crederatem ventis animam nē crede puellis.

Namque est fœminea tutior aura fidei.

Quid leuius pluma? puluis: quid puluere? ventus?

Quid vento? mulier: quid muliere? nibil.

QUÆSTIO XIV.

An denunciationes feminarum tum magis fidem faciant, quando non adiungunt testimonia virorum in contrarium?



VIBVS DAM videtur non videri earum fidem magis, augeri, quandoquidem mulierum conditio spectanda sit. l. 3. §. tu magis & §. que argumenta d. detest. Alij vero, pro affirmativa adeo ex parte scribunt, vt negent se videre quid obstat. Quia quod in 13. quæstionis responsione dictum, denunciationibus fœminarum plurium, nempe trium vel quatuor in ordine ad torturam credi: id intelligendum, si nihil illis præter sexum oblit: obstat autem illis præter sexum multum per omnem modum, si in contrarium sint indicia, præsumptiones aut testimonia siue virorum, siue fœminarum: adeo ut si essent vel viri vel fœminæ, à quibus probabiliter exculparetur denunciatus; nec sex quidem fœminis vnam complice denunciantibus, in ordine ad torturam credendū sit. Igitur plus fidei obtinet, nullis viris cōtrariū testimoniis. Quid si dicamus, secundum se intrinsece, & intensius fidem tum non auge-

A ri: sed ab intrinseco tantum & extensiue, quatenus omni obstaculo remoto, ratio naturalis dicitur, plus credendum fœminis hoc calu?

QUÆSTIO XV.

An pluriam minorennum denunciatio faciat indictum ad torturam?



OTANDVM primo non posse minorennes, ne in exceptis quidem crimini bus restituciari nisi sint eius aetatis, ut iam aliquando possint torqueri, iuxta Marsil. in l. de minore n. 11. D. de quaest. & Carer. in praxi crimin. Notandum 2. minorennum varios esse gradus aetatis: nam nomen porrigitur usque ad annum xxv.

C Concl. Dico primo minorennis qui habet annum aetatis viceimum, in criminibus omnibus est testis idoneus. arg. à contrario l. in testimonium D. de test. tenent glo. in l. iniusti D. eod Spec. & ibi Ioan. And. tit. de testib. §. num. 34. communem & practicatam esse, & qui contradicere in aduententer locutus, scribit Farina. q. 58. num. 19. & 21.

D Dico secundo si sit minor viginti annos, sed iam est pubes, sunt varia Doctorum sententie.

E Prima est, tales non esse idoneum testem in criminalibus, nisi in defunctu aliorum testium, quando ex natura rei alij testes haberi non possunt, secus si ex accidenti fiat, quod alij nequeant haberi. Sic post Host. & Bald. Alex. conf. 64. num. 1. Specul. & ibi Ioan. Andr. d. loco. Iaf. in l. 1. C. de summ. Trin. num. 50. & in l. fin. C. de indign. Marsil. conf. 11. num. 5. & conf. 162. num. 5. & conf. 127. n. 9. & multi alij relat. à Farinac. d. q. 59. ntu. 10. Secunda sententia fuit Guidonis de Suzaria hoc verum esse in accusatore produc-

te, non